Quelle: https://manuscripta.at/?ID=951
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

designatiua sine tempore. cui partes nichil extra significant. In nomine enim
Si qd est equiferus. ferus p se nichil significat. quemadmodum in oratione que
si enim sit oratio que dicat equus ferus. duas res signi
ficat. equum y ferum. vtrumque enim est. Unum subiectum. alterum quale. Qui vero dicit
equiferus. unum nomen est. & ei unum qd significat subiectum est. Quo circa
unum quoque permixtio ista significat. Qd si unum significat tota permi
xtio. pars inde separata nichil extra significat. In toto enim nomine qd
est equiferus esse significat quod de ferus. p se vero nichil significat. Qd si pse
id quod dicamus ferus aliquid significare arbitrentur. non ia erit pars
nominis. sed ipsum erit nomen integrum. & habebit partes fe. y rus. Quo circa
quoniam nominibus unum subiectum est. & unum significat totum nomen. uel
si sit equiuocum ut non. Canis enim cum sit equiuocum semel totum Latra
bilem. secundo totum. rursus marinum significat. Quare quemadmodum liber
nomen unum aliquid significat totum. pars ei separata. & euelud a tota
compositione seiuncta. in qua unum aliquid esse significabat. nichil
extra significat. Dat autem differentias simplicium nominum y compositorum.
Et vero non quemadmodum in simplicibus nominibus. sic se habet in con
positis. in illis enim nullo modo pars significatiua est. In his autem uelut
quidem. sed nulli separatim. ut in eo qd est equiferus.
Simplicis igitur nominis quemadmodum non constat ex aliis. partes ne imagina
tione quidem significationis aliquid putant. ut in eo nomine qd est ho
mo. neque homo. neque mo quicquam significant. nec significare putant.
ideirco quia simplex nomen est. In his vero que composita sunt quemadmodum ex
duobus significatiuis in unam significatiuam redigunt. uelut quidem
significare aliquid pars. s. nichil separatim designat. In eo enim qd est
equiferus. dat quidem imaginationem aliquam significationis. & putat
significare ferus. Hoc enim qd dixit. Velut quidem s. nichil extra separatim que
significat. Si enim hoc ipsum ferus ut pars nominis dicitur dimidium
nomen dicitur. ei qd est equiferus. dimidium autem nomen nil designat. Ergo id
qd dicimus ferus cum alia parte nominis que est equi unum significat equiferus.
Separatim autem nil extra designat. Qd si rursus ipsum nomen extra inseretur non in
altera parte nominis ponatur. s significat uelut nomen. Ergo non est similis
in simplicibus nominibus compositis. partium significatio. s. simplicium quidem